

nemini licere irretitos dictis casibus absolvere sine speciali sue facultatis licentia: quin imò concessiones & indulgentia predicta, quoad casus exceptos hujusmodi nulli penitus suffragari. Ut autem ipsa constitutio (quae dudum, scilicet quinto Calendas April. anni ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti, Pontificatus nostri anno secundo publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullisque illius ignorantiam praetendere valeat in futurum, praesentibus inferi fecimus, ut ad majorem omnium perveniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae M. CCCCLXXVIII. quinto Nonas Martii, Pontificatus nostri anno quinto.

IV. SIXTUS IV. [an. 1473.]

Nulla confirmationis anni Jubilei, publicata apud Sanctum Petrum in die Nativitatis Domini, in qua continetur, quod annus Jubileus est ad brevis tempus revocandus, quam olim esse: quoniam vigesimo quinto quoque anno cunctis fidelibus Basilicis Urbis Romanae expressis visitantibus illius indulgentia conceditur. Et illo durante, alia indulgentia ubique cessant.

Vide Extravagantem Gregorii XIII. incip. Dominus ac redemptor qua indicitur Sanctus Jubileus pro ann. 1575.

Quemadmodum vero operosi, vigiliisque Pastoris solertia oves suae custodiae deputatas, curat a ferarum praeservare incuribus, & ad statum prosperum fetu multiplicato perducere: ita quoque & nos (quibus dispositio superna universi gregis dominici sollicitudo commissa est) & supremis desideramus affectibus, & studiis nitimur indefessis cunctos Christi fideles, quos a justitiae semita hostis humani generis diabolica fraude avertit, deposita peccatorum sarcina, suo reconciliare Auctori; ut aeternae felicitatis praemii nostri Redemptoris inimitabili charitate media potiantur, fiatque nostrae operationis ministerio utilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem, quod eorum saluti conveniat, atque nostrae & praedecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa II. praedecessor noster rationabilibus causis tunc expressis inductus, de venerabilium fratrum nostrorum, tunc suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio, annum Jubileum ad brevis tempus provida moderatione reducens, illum ad annum vigesimum quintum Apostolica auctoritate restrinxit, ac voluit, statuit, & decrevit ex causis praedictis, quod singulis viginti quinque annis Jubileus annus praedictus celebrari deberet: quodque anno Domini M. CCCCLXXIV. proximo futuro, videlicet a vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, idem annus Jubileus inciperet, & ut sequitur, finiretur: ac universi & singuli utriusque sexus fideles, qui Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas, Lateranensis quoque, & sanctae Mariae Majoris almae urbis Ecclesias statutis diebus devote visitarent, omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur, quas idem Pontifex suique praedecessores anno Jubileo hujusmodi Basilicas & Ecclesias praedictas visitantibus devote concesserant, per quosdam primo, & deinde nos, qui (dicto praedecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio) fuimus divina disponente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, & per alias nostras literas ejusdem Pauli praedecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia & singula in eisdem literis contenta, de fratrum eorundem consilio approbantes: Similiter statuimus & ordinamus, quod annus Jubileus praedictus, cum eisdem indulgentiis & remissionibus plenariis peccatorum, anno proximo futuro a vigilia Nativitatis ejusdem incipere, & ut sequitur, continuari deberet: prout in singulis literis praedictis (quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis) plenius continetur. Verum, quia postmodum, tam nos, quam idem Paulus praedecessor noster, dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium intenti, multorum personarum pulsati precibus, diversas indulgentias & peccatorum remissiones plenarias nonnullis Ecclesiis, Monasteriis & piis locis duximus concedendas: propter quas populorum forsitan concursus ad Basilicas & Ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Jubilei celebritas minui, vel intermitteri posset, cum animarum non modico detrimento. Nos qui universorum credentium profectibus, & saluti prospicere ex debito Ministerii Pastoralis adstringimur (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus a nobis, seu eodem Paulo, vel aliis praedecessoribus nostris concessarum, hujusmodi effusionem, hoc sanctum opus ac remissionis & gratiae annus Jubileus intermitteretur, aut fideles ipsi a tanto munere reddantur expertes) remediis opportunis providere volentes, omnes & singulas plenarias,

etiam ad instar Jubilei, ac etiam commutandi vota, aut super eis & male ablati incertis, aut per usurariam praevitatem, vel alium illicitum modum extortis, dispensandi & componendi, aut illa sub certis modo & forma remittendi, & deputandi confessores, cum potestate absolvendi, etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis, facultates, concessiones, & indulgentias a nobis & eadem Sede, vel illius auctoritate quibuscunque Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & piis locis, Universitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in vita, seu in mortis articulo, quovis modo, aut quavis causa, quomodolibet concessas & concessa, & in posterum forsitan concedendas, vel concedenda, auctoritate Apostolica tenore praesentium de Apostolica potestate plenitudine, usque ad nostrum & ejusdem Sedis beneplacitum suspendimus, illaque durante beneplacito nostro, & Sedis praedictae suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari: indulgentias tamen Basilicarum, & Ecclesiarum dicte urbis in suo plenario robore durantibus. Districtius inhibentes, alias indulgentias, praeter istas duntaxat, in locis publicis vel privatis praedicari aut nunciari, earumque praetextu a quolibet quocunque modo. Quinimo Quaeltores, & Praedictores quoscunque per locorum Ordinarios a praedicationibus & quaelis hujusmodi faciendis, volumus & mandamus praesentium auctoritate arceri, sub censuris & poenis Ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Tybure anno Incarnationis Dominicae, M. CCCCLXXIII. 4. Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Praedictores quaeltores omnino abolevit Concil. Trid. sess. 5. de reformatione. c. 2. & sess. 21. de reformatione. c. 9.

V. IDEM. [an. 1478.]

Sixtus tempore suo multis multis concesserat indulgentias, quas certis ex causis hic revocat.

Et si dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate potentibus ea benigne concedere studeamus, per oves, peccatorum mole deposita, salus ipsa succedat, & hostis humani generis servitute ereptas animas lucrificamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio praevendum esse censuimus, ne cuiusvis indulgentiae, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliviores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniae eis peccandi tribuat incentivum. Cum itaque, sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus, ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quam in scriptis confectis exinde literis vel non, Praelatis & personis Ecclesiasticis, etiam Religiosis, & secularibus utriusque sexus, Capitulis, Collegiis, Conventibus, Hospitalibus, Confratris, & Universitatibus, tam in genere, quam in specie, sub electione, vel deputacione confessorum, qui eligentes eosdem, vel per indulgentias per nos concessis consequendis, ad Ecclesias & alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemque confratrum contrates, & forores, ac in Hospitalibus praedictis decedentes, seu deservientes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, & in ordinibus proficentes, eorum confessione diligenter audita in singulis etiam Sedi Apostolicae reservatis casibus semel in vita, & in aliis toties quoties, ac in morte plenarie, vel alias etiam ad effectum consequendi quascunque indulgentias plenarias, vel non plenarias absolvere, & poenitentiam salutaris eis injungere, emissis quoque vota per illos quacunque in alia pietatis opera commutare liberè, & licite valeant: fideles praefati ad peccandum, & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliviores existant, in non proprio eisdem gregis dominici, meritis licet insufficientione causam gerimus, & illum spiritualis thesauri largitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem: ne exinde peccantium auctoritas deducatur in contemptum, ipsique ad peccandum procliviores, ut diximus, liberius prolabantur. Ex praemissis & aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, motu proprio (non ad alicujus nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mere praesentium statuimus, & ordinamus, quod decetero praetextu facultatum hujusmodi concessarum a nobis, vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in posterum, verbo, literis, aut quavis alia scriptura; etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat etiam in favorem cuiusvis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & mundana, etiam regali, & majori dignitate praesulgeat, qui officia Ecclesiastica libertatis, violationis interdicti ab eadem

II. IDEM. [c. an. 1300.]

Praemissis damnis ex interdicto provenientibus, statuit quod propter dominum debita non solventem, ejus terra, vel civitas sine speciali Papa licentia non interdicatur.

Provide attendentes, quod ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen multorum interdicti sententia proferuntur; quodque sunt nonnulli Judices nimis prompti ad proferendas eadem, etiam in negotiis sine causis, quae interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radice perpicuis iudiciis procedere arguuntur: quodque interdicti tempore divina organa suspenduntur & laudes, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent; tolluntur mortuis seu minuuntur suffragia, praesertim pro oblationem frequentem hostiae salutaris: adolescentes & parvuli participantes raribus Sacramenta, minus inflammantur, & solidantur in fide, fidelium tepescit devotio, haereses pullulant, & multiplicantur pericula animarum. Praesentis constitutionis providemus edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinaria, vel delegata supponatur Ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis monetæ, vel pecuniae quantitate, quacunque occasione vel causa, seu quovis qualitate colore: pro eo maxime, quod ipsorum Domini, Rectores, seu Officiales, quocunque nomine ceantur, aut Incolae seu Habitatores aut singulares personae ipsorum statuti, vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum seu quantitatem non solverint, hactenus aut in antea non perforerint. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus hactenus extitit attentatum, vel contigerit attentari, illudque revocamus omnino. Non obstantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fideiussionibus, confessionibus, processibus, & sententiis super hoc habitis, vel habendis juramentorum, poenarum spiritualium, & temporalium, seu multarum appositione, vel quacunque alia firmitate vallatis. Nisi talis suppositio interdicti hactenus foret facta, vel in antea ferret de Apostolica Sede specialis licentia, & expressa pro ipsius Sedis patentes literas apparete.

III. CLEMENS V. [c. an. 1307. in Gallia.]

Andronicum Palologum se Imperatorem Graecorum nominantem & haeresis ipsorum factorem, excommunicatum denunciat: omnesque cum eo se manente societatem contrahentes, ipso facto dicuntur excommunicatos, & eorum terras Ecclesiastico supponendas interdictio. Saneque privandi bonis, quae ab Ecclesia tenentur: & talis societas seu confederatio nulla est. Facit cap. ad Apostolicae. de sentent. & re judic. lib. vj.

Ad certitudinem praesentium, & memoriam futurorum, Andronicum Palologum, qui Graecorum Imperatorem se nominat, tanquam eorundem Graecorum antiquorum schismaticorum, & in antiquato schismate constitutorum, & per hoc haereticorum, & haeresis ipsorum ac schismatici antiqui factorem, de fratrum nostrorum consilio denunciamus excommunicationis sententiam latam a Canone incurrisse, ac ipsius fore sententiae vinculo innodatum. Ceterum universis, & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & ceteris omnibus cuiuscunque praesentiae, conditionis, status, necnon universitatis civitatum, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palologo in hujusmodi excommunicatione manente, societatem vel confederationem aliquam contrahere sub quovis ingenio, vel machinatione praesumant: vel ei alius in his, quibus excommunicatus est denunciatus a nobis, praestare consilium, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum. Et si secus praesumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium praesumentes (non obstante qualibet indulgentia sub quacunque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica Sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere) sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsis ferimus, incurrere volumus: ipso facto. Terras ipsorum & universitates praedictas, quae secus attentare praesumpserint, prout expedire videbimus, Ecclesiastico curabimus subicere interdicto. Ad privationem omnium bonorum, quae a quibuslibet tenent Ecclesiis, & ad poenas alias spirituales, & temporales, prout utile putabimus processuri. Et nihilominus societatem & confederationem ipsas (etiam si poenarum & juramenti additione vel quacunque fuerint alia firmitate vallata) decernimus irritas & inanes. Datum Pictavis ij. Nonas Junii anno ij.

dem Sede impositi, seu haeresis, postquam fuerint de ea sententia condemnati, delati, seu publice diffamati: conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis seu cuiusvis officio, inobedientiae, aut rebellionis ejusdem Pont. vel dicte Sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscunque in sacris Ordinibus constituti, officio personalis in Episcopum seu alium Praelatum, invasionis, depraedationis, occupationis, aut devastationis terrarum Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subjectarum; ac etiam invasionis Romipetarum, seu quoruncunque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis devolutionum causarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium: impositionis novorum onerum realium, vel personalium Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis: simonia super Ordinibus, vel Beneficiis consequendis in dicta curia, vel extra eam contractae, criminum quomodolibet reus foret. Et generaliter in casibus contentis in literis, quae consueverunt in die Coene Domini publicari, praetextu hujusmodi facultatum absolvere, & per eos emissis peregrinationis ultramarinae, & visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli in Compostella, & catitatis ac Religionis vota. Nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censetur, cum in signatura nostra delicta manu nostra scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit: Nos ex certa scientia, & de speciali gratia id concedere cum derogatione praesentis Constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore: non autem per clausulas id portantes, et in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus (in quibus satisfactio fuerit impendenda) facta satisfactione, vel idonea praestita cautione commutare praesumant. Et si aliqui Confessorum praedictorum, contra praesentem Constitutionem, quemquam absolvere, aut excepta vota praedicta commutare attentaverint, absolutio & commutatio hujusmodi nullus sit roboris, vel momenti. Et contra facientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant; a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam a Romano Pontifice absolvi non possint: non obstantibus literis, & constitutionibus hujusmodi, ac constitutionibus, & ordinationibus, &c. Et ne aliquis de praesentibus ignorantiam valeat allegare; mandamus eas in Cancellaria Apostolica, & Audientia Litterarum contradictarum legi & publicari, ac inter Extravagantes alias Apostolicas Constitutiones in Quaterno dicte Cancellariae describi, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati & voluntatis, &c. Datum Spira, anno Domini M. CCC. LXXVIII.

Vide Conc. Trid. sess. 14. de reformatione. cap. 7.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

TITULUS X.

I. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1300. Roma.]

Excommunicati sint, qui pacis aut promissionibus justitiam, vel gratiam a Sede Apostolica obtinent; & qui tales non revelant; nec illis absolutio facile conceditur.

EXCOMMUNICAMUS & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexus, siue sint familiares curiae, siue alii undecunque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquid parvum, vel magnum promiserint, vel promissionem receperint; aut ex pacto siue promissione occulta, vel manifesta facta sub generalibus & plenarie non expressis, siue sit sub specialibus & expressis aperte verbis quicquam dederint, aut receperint magnum, vel parvum, vel promissionem de quacunque re aut utilitate propter hoc consequenda fecerint, vel receperint pro aliqua justitia siue gratia pro se aut pro alio in causis, vel iudiciis, seu alias per Literas Apostolicas, & quibuscunque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda. Et hanc sententiam ad promittentes & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam. Illos quoque qui aliquid sciverint culpabilem in praedictis, & nobis intra diem trium spatium non retulerint; vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur; simili decernimus sententiae subiacere. Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro praedictis, vel aliquo praedictorum, absque speciali mandato, nostra absolutionis beneficium valeat obtinere: nisi forsitan ad nos habere accessum non possit in mortis articulo constitutus. Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum dedit, vel recepit, integraliter pauperibus largitur. Justitiam vero siue gratiam sic obtentam nullus proflus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis. Sed & scienter utentes ipsis, simili sententia excommunicationis adstringimus; & reservantes nobis absolutionem eorum cum praemissis omnibus ad poenas similes obligamus.

Vide Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de casuum reservatione.

Joannes de Silva in tra-  
cta. de benef.  
par. 1. q. 2. Excommunicati sunt, qui literas à Papa ante suam coronationem concessas impugnant.  
hujus Extravagantis eam tribuit Clementi VI.  
Proverb. c. 3. c. ne imitari. extr. de consl.

IV. IDEM<sup>d</sup>. [c. an. 1307. in Gallia.]  
Excommunicati sunt, qui literas à Papa ante suam coronationem concessas impugnant.

Quia e nonnulli, prout accepimus, contra doctrinam Apostoli suae prudentiae quin potius imprudentiae innitentes, ac disceptare super his de quibus eis non expedit, fatigantes, asserere non verentur, quòd Summus Pontifex ante suae coronationis insignia se non debet intrmittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus, & aliis gratis faciendis, nec se in literis Episcopum simpliciter, sed Electum Episcopum scribere. Nec etiam uti bulla, in qua nomen exprimat ipsius. Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione hujusmodi aliquas literas nostras super negotiis quibuscunque confectas, quae à nobis ante coronationis nostrae insignia emanarunt, auli fuerint impugnare, excommunicationis sententiã innodamus. Datum apud Pefecum Burdegalen. Dioec. Pont. nostri anno ij.

EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM FINIS.

INDEX I.  
OMNIUM PONTIFICUM  
ROMANORUM,

QUORUM SCRIPTA VEL AUCTORITATES  
in hac Decretorum Collectione citantur.

AUCTORE P. GUENOIS BITURICENSI.

A.		
<b>A</b> GATHO Papa omnibus Episcopis.	Can. 2. dist. 19.	
ALEXANDER Papa epist. 1.	Can. 8. dist. 2. de conse.	
Alexander omnibus orthodoxis per diversas Provincias Christo Domino famulantibus epist. 1. cap. 1.	Can. 14. 11. q. 1. Can. 9. 3. q. 4.	
cap. 2.	Can. 1. 15. q. 6.	
cap. 3.	Can. 6. 2. q. 7.	
cap. 4.	Can. 1. dist. 2. de conse.	
cap. 5.	Can. 20. dist. 3. de conse.	
epist. 2. omnibus Episcopis.	Can. 2. dist. 94. Can. 91. 1. q. 1.	
epist. 3.	Can. 5. 3. q. 1. Can. 5. 3. q. 1. Can. 16. 6. q. 1.	
Alexander II. Gebonardo Vi- variensi * Archiepiscopo * al. Viennenf. Guilhelmo de Monfrollo. * Monasterio. Raynaldo Cumano Episco- po I.	Can. 2. 7. q. 2. Can. 10. 35. q. 6. Can. 11. 2. q. 5.	
Alexander II. Valeriano Epi- scopo, Martyri. Omnibus Episcopis Hispa- niae. Landulpho in Corfica. Episcopus fervus fervorum Dei, Lucensis Ecclesiae Clero & populo. Omnibus Episcopis & Cle- ricis, necnon Judicibus per Italiam constitutis. Grimaldo * Constantiniensi Episcopo. * al. Ramaldo. al. Rumaldo Constantiniensi. Episcopis & Regi Dalmatia- rum.	Can. 4. 24. q. 1. Can. 11. 23. q. 8. Can. 2. 33. q. 5. Can. 9. 1. q. 3. Can. 2. 35. q. 5. Can. 1. dist. 52. Can. 16. dist. 81. Can. 17. dist. 81.	
Alexander II. Clero Mediola- nenf. Populo Mediolanenf.	Can. 18. dist. 81. Can. 1. 17. q. 2. Can. 11. 16. q. 1. Can. 3. 35. q. 5. Can. 22. 17. q. 4.	
Alexander Papa II.	Can. 109. & 110. 1. q. 1. Can. 53. dist. 1. de conf. Can. 6. dist. 32. Can. 12. dist. 56. Can. 20. 16. q. 7. Can. 4. dist. 93.	
ANACLETUS Papa.	Can. 14. 2. q. 7. Can. 28. 7. q. 1. Can. 3. 5. q. 3. Can. 10. dist. 2. de conf. Can. 10. dist. 93. Can. 3. 2. q. 6. Can. 6. 12. q. 2. Can. 59. dist. 1. de conf. Can. 7. 6. q. 1. Can. 18. 17. q. 4.	
Anacletus Papa, epist. 1.	Can. 13. & 15. 3. q. 6.	
Cap. 2.		
epist. 1.	cap. 3.	
Anacletus omnibus Episcopis & reliquis Christi Sacerdo- tibus, epist. 1. c. 3.	Can. 1. 25. q. 2. Can. 3. dist. 43. Can. 6. dist. 83.	
Anacletus epist. 1. omnibus Episcopis.	Can. 2. 3. q. 4.	
Anacletus Papa in 1. Decre- tali.	Can. 6. dist. 84. Can. 2. dist. 21. Can. 2. dist. 67. Can. 11. dist. 79. Can. 2. dist. 66. Can. 1. dist. 75.	
Anacletus ad Episcopos Italiae epist. 2.	Can. 18. dist. 45. Can. 1. 6. q. 1. Can. 15. 2. q. 7. Can. 1. dist. 99.	
Anacletus Papa Episcopis Ita- liae, epist. 2.	Can. 3. dist. 80. Can. 2. dist. 22.	
Epist. 3. cap. 2. Anacletus fervus Christi, ad omnes Episcopos, epist. 3. cap. 3. cap. 4.	Can. 2. 3. q. 5. Can. 15. 6. q. 1. Can. 12. 2. q. 7. Can. 14. 24. q. 3.	
Anacletus Papa, epist. 3.	Can. 68. dist. 1. de conf. cap. 1. cap. 2. epist. 2. ad Nerianum. Anastasi & Damalus Papa. Anastasi II. ad Anastasium Augustum, epist. 1. c. 7. & 8. Anastasi Papa. ANICETUS Papa Episcopus Galliae, c. 1. cap. 3. Anicetus Papa Episcopus Galliae.	Can. 2. dist. 98. Can. 27. 13. q. 2. Can. 8. 23. q. 3. Can. 8. dist. 19. Can. 55. 16. q. 1. Can. 5. 9. q. 3. Can. 6. 9. q. 3. Can. 21. dist. 23.
Anicetus ad Episcopos Galliae.	Can. 2. dist. 99. Can. 1. dist. 66.	
ANTERUS Papa epist. un. Episcopus Hispaniae. Anterus Papa epist. 7. Episcopis Boeticae & Toletanae Pro- vinciae.	Can. 13. 6. q. 1. Can. 14. 11. q. 3. Can. 34. 7. q. 1. Can. 15. 9. q. 3.	
B.		
BENEDICTUS fervus fer- vorum Dei Grandenfi Pa- triarchae.	Can. 18. 27. q. 2.	
BONIFACIUS Papa.	Can. 7. dist. 89. Can. 1. dist. 78. Can. 3. 12. q. 2.	
Bonifacius urbis Romae Epi- scopus omnibus Ecclesiae Ca- ralitanae Cœnobitis.	Can. 2. 1. q. 2.	
Bonifacius Papa in decretis. Episcopus Galliae. Bonifacius Papa ad Gallos, epist. 2. Ad Episcopos Galliae. Honorio Augusto. Bonifacii decretum.	Can. 25. 16. q. 1. Can. 3. 6. q. 4. Can. 10. 3. q. 9. Can. 8. 11. q. 1. Can. 1. dist. 97. Can. 41. 16. q. 7. & Can. 3. 17. q. 2.	